

De rectae rationis dicta-  
mine iusto prelio divinate  
vero revelatione et pre sum-  
mo habenda est.

II f  
430


ABITVM PARAT  
 JUVENIS PEREXIMVS, NOBILISSIMVS,  
 ORNATISSIMVS,  
**JOANNES CHRISTIANVS**  
**GODOFREDVS**  
**JANVS,**  
 MARIÆBERGENSIS,  
 ACADEMIÆ CANDIDATVS  
 DIGNISSIMVS,  
 QVEM,  
 VT DE CHARLATANERIA DIVINATORVM  
 MODERNORVM DISSERENTEM  
**PATRONI, INSPECTORES,**  
**FAVTORES & AMICI**  
 OMNI VENERATIONE ET CVLTV  
 PROSEQVENDI,  
 D. V. CAL. JUN. a. c. HORA OCTAVA ANTE MERIDIEM,  
 BENEVOLE AVDIRE HAVT DEDIGNENTVR,  
 QVA DEÇET ANIMI OBSERVANTIA  
 AD VNVM OMNES ROGAT,  
**M. SAMVEL FRIDERICVS PVNSCHEL,**  
 LYCEI MARIÆBERGENSIS RECTOR.

ANNÆBERGÆ,  
 TYPIS AVGVSTI VALENTINI FRISII.



ADIVM PARAT  
JUVENIS PERAMMUS, NOMINIS  
GRATISSIMUS  
JOHANNES CHRISTIANUS  
GODOFREDUS  
JANUS  
MAGISTER  
ACADEMIAE CANDIDATUS  
DIGNISSIMUS  
VT DE CHARITATIBUS DIVINATORUM  
MODERNORUM DISSERTATIONE  
PATRONI INSPECTORES  
FAVTORES & AMICI  
OMNI VERTUTE ET CVLTA  
PROFICIT  
D. N. C. J. M. A. A. 1784 OCTOBR. 15 DIE MENSIS  
BENEVOLE VBIQUE HUIUS DISCIPLINAE  
QVAE DEIT. ANIM. OPERANTIA  
AD VNUM CONFOCATA  
M. SAMUEL FRIEDRICHVS PANSCHE  
LYCEI MARIENBURGENSIS RECTOR

ANNO 1784  
TYPIS AVGVSTI VALENTINI TRITTI





**Q**uo magis toto persentiscimus die, multos hodie, qui se ad sapientiam haut vulgarem pervenisse, putant, scientes, volentes, dictamen rectæ rationis non minus, quam revelationis divinæ transgredi, vel per omnem vitam prorsus negligere; eo magis Præceptores omnem curam intendant, necesse est, ut juventutem scholasticam doceant, atque asuescant rectæ rationis dictamen justo, divinam vero revelationem pretio habere summo. A teneris, ajunt quidem uno ore asuescere, multum est; Sed quot quæso sunt, qui e Parentum vel Præceptorum numero dictis factisque id unice curant, ut, qua decet reverentia, & amoris cultu ipsi arripiant, vel actu præstent, quæ ductu dictaminis rectæ rationis pariter, atque divinæ revelationis in exemplum natu minorum observare debebant? Operam sane laudabilem gentiles juvenum animis nec non natu majorum medicinam parantes, a temporibus adhibuerunt antiquissimis. Quis enim Lycurgo laudem denegabit omnem, quippe, ut saluti civium suorum & juvenum quam optime consuleret, autor omnibus fuit, ut leges, vel consilia ductu emendatæ rationis atque diuturna experientia excogitata, non in malam, ut vulgo fieri solet, sed optimam potius partem interpretarentur, atque acciperent; & ut leges de educatione puerorum latas, nec non reliquas semper sancte servarent, eos jurejurando obstrinxit. Ceterum, teste Justino lib. 3. c. 2. non inventionem earum scilicet legum magis, quam exemplo clarior. Siquidem nihil lege ulla in alios sanxit, cujus non ipse primus in se documenta daret. Platonem emendatæ rationis dictamen non modo ratione sui, sed & aliorum causa magno habuisse pretio, ex doctrinis, quas mortalibus de meliore nota commendavit, satis superque constat. Cognitio enim sui ipsius æque ac animi purificatio ab omnibus pravis propensionibus, & affectibus dominium in rebus vetitis prodentibus, nec non respicientia, & mors philosophica, qua homines ad emendationem animi morumque continuam incitare statuit, testimonii instar nobis inserviunt evidentissimi, quod quidem normam Christianis minime suppeditat in studio dictaminis rectæ rationis proficiendi, sed vestigia saltem sistit, quibus veteres, & quidem gentiles natu-

X

ra

ra freti sibi relicta, nisi fuerunt. Interim jam dicta unico saltem laudis encomio in praesentiarum probare sufficiat, cuius Diogenes Laërtius de vita Philosophorum lib. III. p. m. 109. mentionem facit

Καὶ πῶς εἰ μὴ Φοῖβος ἂν ἐν ἑλλάδι Φῦσε πλάτωνα,  
Ψυχᾶς ἀνορθῶπων γραμμασιὴν ἠκέσαστο;  
Καὶ γὰρ ὁ τῆδε γεγώς ἀσκληπιός ἐστιν ἰητῆς  
Σύμαλος, ὡς Ψυχῆς ἀθανάτιο Πλάτων.

Ni doctum Graecis genuisset Phoebe Platonem,  
Proflus nemo animis, qui medeatur, erat,  
Corporis est medicus fatus ex te Asclepius aegri,  
Aeternæ ut sapiens est animæ ipse Plato.

Id quod alio adhuc citato loco superaddito uberius confirmare liceat, quod afferre haut superfluum neque incongruum esse duco

Φοῖβος ἔΦυσε βρωτῶν ἀσκληπιὸν, ἠδὲ πλάτωνα  
Τὸν μὲν ἵνα ψυχῆν, τὸν δ' ἵνα σῶμα σώσει

Produxit nobis Asclepius atque Platonem

Phœbus, ut hic corpus curet, & ille animum.

Quod vero ratione sui emendatio animi, qua discipulos & auditores omnes imbueret studuit, curæ cordique Platoni nostro fuerit, idque ab ætate juvenili, nemo inficias ibit, qui mecum memoria repetit, quæ de hoc animorum Medico tam celeberrimo in eruditorum scriptis passim literis consignata leguntur. Socratem hinc à teneris annis Præceptorem sibi elegit, probe gnarus, quod non moroso, aut obscuro disputandi genere, sed amœna quadam ac suavissima agendi ratione vitia atque errores tolleret hominum, atque adeo verum ac perfectum morum Medicum ageret. Simul ac vero emendatæ rationis documenta per Pythagoram in Italia divulgata, huic nostro innotuerant, in Italiam se contulit, ibique omnes vitæ regulas in succum ut ajunt, & sanguinem egregie convertit, atque omnia, quæ doctrina & exemplo Præceptorum perceperat, in suum aliorumque usum sedulo convertit. Et veluti Pythagoras consilii Thaletis aliorumque de servanda valetudine corporis, nec non de animi morumque emendatione per omne vitæ spatium obtemperans, robustam sibi acquisivit valetudinem & longævitatem: Ita & Platonem ad tam grandem ætatem parsimonia & diligente sui tutela pervenisse, ex Ep. 58. Senecæ testatum legimus. Ansam his in rebus tam arduis, quam utilissimis Socratem etiam Præceptorem Platoni discipulo dedisse longe exquisitissimam, inter omnes constat. Totus enim ille in eo fuit, ut Athenienses non quidem peculiaribus lectionibus, & collegiis, sed familiari sua conversatione & promiscuis colloquiis erudire, ac Philosophos reddere conaretur, id quod recte observavit Celeberrimus Stollus in Introductione ad Hist. literariam p. 711. Ut enim piscator hamo suo escam, ita ille sapientiæ comitatem, elegantiam, amœnitatem, suamdam

dam deliniciam imposuit. Hæc dum accuratori mentis indagine mecum reputo, non possum, quin Lectori benevolo autor sim, velit orationem de Socrate ceu perfectissimo boni Ethici exemplo viri Summe Venerabilis D. Christiani Friderici Börneri, Theologi in Academia Lipsiensi Primarii Spectatissimi, Præceptoris mei honoratissimi, & Dissertationem de fundamento legum naturalium secundum disciplinam Socratis, Viri Magnifici D. Christiani Lœberi Rerum Sacrarum Antifitis Altenburgi &c. longe Gravisimi, & tandem Orationem Celeberrimi Danielis Heinsii de Socrate sive de Doctrina & moribus Socratis n. 15. in Orat. dicti autoris anno 1620, Lugduni editis p. m. 233. sqq. legere atque perlegere, quarum lectio sæpius repetita placebit. Harum vero posterior, quia in manibus juvenum est, omnibus atque singulis erectioris ingenii atque emunctæ naris arridebit. Multa enim nitidissimo dicendi genere conscripta occurrunt, partim de Socrate partim de Alcibiade, & aliis allata non injucunda, & longe utilissima. Quanti Socrates præ reliquis præstantiam dictaminis emendatæ rationis æstimaverit, vel ex eo unice constat, quod non sui muneris tantum esse duxit, alios optima quæque ac verissima docere, sed vitæ etiam emendatæ rationem, quam meditando assequutus fuerat, ipse primum exercuit, tantosque in emendationis studio fecit progressus, ut & naturæ vitia corrigeret. Hinc Zopyrus, qui hominum mores naturasque ex corporis habitu, oculis, vultu, fronte pernoscere posse asseruit, turpia quædam, & a virtute aliena de Socrate dixit, eoque ab auditoribus Socratis derisus, nis respondit aliquando: Non errat, huiusmodi enim natura essem, nisi naturam Philosophia superassem. Vid. Cic. Tusc. quæst. II. c. 37. & I. IV. c. 38, nec non de fato c. 5. Aristoteles Platonis auditor per viginti annos, tantam nominis celebrationem acquisivit ut Pateris Alexandri M. Philippus Macedonum Rex, (qui a studiis humanitatis nunquam absuit, qui lepide, comiterque pleraque & faceret, & diceret) literas ad eum dare nequaquam dubitaret, quibus Rex sibi gratulatus Diis inquit, gratiam habeo, non proinde, quia natus est filius, quam pro eo, quod eum nasci contigit temporibus vitæ tuæ. Spero enim fore, ut educatus eruditusque abs te dignus existat & nobis & rerum istarum successione conf. A. Gell. Noct. Att. I. 9. c. 3. Ipse etiam Alexander amorem, quo non per decem solum annos, quibus Præceptoris suo fuit familiarissimus, sed per omnem vitam, quamdiu nempe doctrinarum Præceptoris merito vixit, gratam mentem verbis factisque testatus est quam plurimis; ut de speciminibus taceam, quæ de morum animique emendatione, qua fideliter imbutus Alexander erat, per multos annos edidit, de quibus vid. Curt. I. III. c. 12. Idcirco Alexander ipse nobis exemplo esse potest ad unum omnibus, quippe qui doctrina & experientia doctus sat satis superque didicit dictaminis rectæ rationis observantiam fructus mortalibus asserre longe uberrimos, quibus ætatem terque quaterque beati frui possent, nisi in fastigio felicitatis huius vitæ constituti sibi videantur tanta libertate gaudere, ut dictamen rectæ rationis tandem vilipendere, vel proclius negligere possent, quo errore captus Alexander in ultimo vitæ ipatio rerum successu elatus felicissimo lapsu graviore ruit, & ob neglectum dictaminis rectæ rationis poenas hæc in vita etiam dedit longe

gravisimas. Ad hæc provocare juvat ad exemplum C. Fabricii Lucinæ Consulis de Rep. Rom. meritisissimi, qui quamvis pauper esset adeo, ut, mortuo ipso, dotanda ex publico filia esset arario, tamen à Pyrrho Epirotarum Rege sollicitari haut potuit, quarta Regni oblata parte. Et quod emendatæ rationis dictamen habuerit pretio, ex officio caritatis, quod hosti homo gentilis præstitit, liquet. Is enim Medicum promittentem, se sublatum veneno Pyrrhum, vincum reduci ad Dominum jusfit, & dici Regi, quæ contra caput ejus Medicus spondidisset; quod adeo Rex miratus fuit, ut diceret: Ille est Fabricius, qui difficilius ab honestate, quam sol a suo curtu averti possit, Eutrop. II. g. Sic etiam de Aristide, qui non videri, sed esse voluit optimus, Corn. Nepos testatur, cum tanto dictamen emendatæ rationis habuisset pretio, ut excelluerit justitia, æquitate, innocentia, abstinentia, & unus post hominum memoriam, justus sit appellatus. Ut vero magis desiderio scientiæ L. B. accendam, quam erudiendo satiem, ex jam dictis in gratiam studiose juventutis afferre liceat, nobis Christo Jesu Salvatori Optimo Maximo addictis, non sufficere ea, quæ à gentilibus tradita fuerunt, quia dictamine divinæ revelationis destituti a veritate, & doctrinæ rectitudine multis passibus aberraverunt. Rimari igitur, mirari, quin & admirari fas est ea, quæ de emendatione rationis affectuum, & morum in scriptis gentilium, vel carminibus, quæ vulgo aurea, vel divina dicuntur. Et quo facilius evidentiam, vel convenientiam dictorum, vel monitorum percipimus, quam in quibusdam doctrinis morum cum effatis Scripturæ S. habent, eo accuratius cuncta perpendere decet, quo nos ad dictamen rectæ rationis ejusque usum per omnem vitam nobis maxime proficuum perveniamus. Omnium autem optime, dictamen rectæ rationis meo quidem judicio acquiritur, si Parentes æque ac Præceptores educationem, vel disciplinam nec non doctrinam omnem prudenti ratione suscipiunt, statimque liberos ab ineunte ætate virtutis seu pietatis exercitio & doctrina sensim paulatimque idea dictaminis utriusque rectæ rationis nempe, & divinæ revelationis, qua ipsi gaudent, fideliter imbuunt. Et quemadmodum Plato quondam & Aristoteles plus ex moribus, quam ex verbis Socrætis teste Seneca Ep. 6. traxere: Ita etiam hac nostra ætate juvenes, qui a teneris annis amplius oculis, quam auribus credunt, iusto pretio dictamen rationis rectæ, & summo pretio revelationem divinam habere successu temporis ex praxi magis, quam saltem ex theoria discunt. Zenonem enim ut idem Seneca cit. loco testatur, Cleanthes non expressisset, si eum tantummodo audisset. Vitæ ejus interfuit, observavit illum, an ex formula sua viveret. Idem & ipse Seneca re magis, quam verbis præstitit. In literis enim ad Lucilium datis verbis usus sequentibus: Cupio inquit, in te transfundere omnia, quæ ad sanandos animi morbos efficacia expertus sum, vid. Ep. VI. Multum vero utilitatis specimina rectæ rationis mortalibus conferre, & inprimis forte inferioribus, vel natu minoribus Livius pariter atque Plinius egregie dudum confirmarunt. Hic enim in Panegyrico c. 56. Vita, inquit, Principis censura est, eaque perpetua, ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur, nec tam imperio nobis opus est, quam exemplo. Quippe infidelis recti Magister metus. Melius  
homines

homines exemplo docentur, quæ in primis hoc in se boni habent, quod appro-  
bant, quæ præcipiunt, fieri posse; Ille vero Livius nempe l. 26. c. 36. scire  
monet, si quid, addens injungere inferiori velis, id prius in te ac tuos, si ipse  
juris statueris, facilius omnes obediētes habeas. Adeoque sic itaque Genti-  
les, qui juxta effatum Apostoli ad Rom. II. v. 14. legem scriptam non habue-  
runt, qualis ex revelatione divina genti Judaicæ innotuit, ducta tamen dicta-  
minis emendatæ rationis verbis factisque egregie declararunt, quæ nobis do-  
ctrina Scripturæ Sacræ rite instructis exemplo esse possunt. Absit vero dicta  
& facta Gentilium emendationi animorum deditissimorum tanti facere, ut in  
iis acquiescere velimus, ut potius verum a falso bonum a malo discernere nos-  
trum semper esse ducamus. Quilibet igitur cui salus propria curæ cordique  
est, dictamen rectæ rationis iusto habere pretio consuecat, quia omnino nor-  
mam cognitionis existentie Dei Creatoris juxta Rom. I. v. 19. 20. atque reli-  
gionis naturalis, finium Dei, nec non rerum humanarum, actionum omnium,  
quin & mediocum unice optimorum, quibus ad aliqualem interdumque non  
exiguam hujus vitæ felicitatem pervenire possumus, suppeditat. Quod ut fiat  
argumenta Theologiæ naturalis aliarumque rerum utililimarum, ambabus qui-  
dem ut ajunt, arripiamus manibus, sed à more gentilium ætatem abstineamus,  
quem Apostolus verbis describit Rom. I. v. 21. 22. 23. *Διότι γνώσας τον  
Θεόν, ἔχως Θεόν ἐδύξασαν, ἢ εὐχαρίστησαν ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς δια-  
λογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αἰσίων καρδιά. Ὡσάνθρωποι εἶνα  
σοφοί, ἐμωρανθήσαν.* &c: qui cognitione Dei naturali gaudentes superfluitio-  
ne & vanitate cultum divinum macularunt. Hinc mediū saltem instat præda-  
gogicæ cognitio sit rerum, quas ratio hominis sibi relicta ductu dictaminis rec-  
tæ rationis inquirat atque expendit, in stam aliorumve utilitatem. Quo factū  
est talis homo, qui ad frugem redire didicit meliorem, argumentis motus est fa-  
na rectaque ratione petitis adeoque iusto rectæ rationis dictamen habuit, is fa-  
cillimo negotio perducī poterit, ut divinam revelationem summo ætatem habeat  
pretio. In factis enim literis omnia egregie confirmantur, atque uberius  
explicantur, quæ in nostram utilitatem recta nobis, vel aliis suadet ratio. Et  
quia media, quibus ad summam æternamque felicitatem pervenire debemus &  
possumus, non nisi ex revelatione divina in Scripturis Sacris cognoscere pos-  
sumus, nostrum omnino est maximo pretio adeoque semper in oculis & ma-  
nibus habere. Proinde quicumque juxta exemplum Timothei Scripturæ S. cog-  
nitionem à teneris annis, qua decet industria haurit, is certo certius ad ve-  
ram hujus & æternæ vitæ felicitatem perveniet juxta<sup>11</sup>. Tim. III. v. 15. 16. 17.  
Metam hanc optatò attingere studet Juvenis optime spes nobis, bonisque  
omnibus ob industriam cognitioni sacrarum & humaniorum literarum Artiumque  
optimarum per quinque fere annos laudabiliter præstitam, longe cari-  
ssissimi. Hicce in spem Patriæ efflorescens vestigiis B. Parentis, Viri Præ-  
nobilissimi Consultissimi Amplissimi Doctissimi Domini Joannis Godofredi Jani,  
Consulis Reip. Mariæb. longe Gravisissimi & Præfecturæ Wolckensteinensis, &  
Rauensteinensis Præfecti optime meriti, insiluit. Cui quia omnem adhibui ope-

FK II/4 430 X 313 3916

operam, ut dictamen rectæ rationis iusto, divinam vero révelationem summò haberet pretio, nullus dubito, quin ex institutione mea consensu Patronorum, & nutu Tutoris PræNobilissimi, Consultissimi Domini Friderici Augusti Jani, Jcti Celeberrimi & Regiorum Vectigalium Zœblitii Inspectoris Gravisissimi, Senatorisque Mariæberg. honoratissimi, dimissus omnem de eo conceptam spem explere in dies magis magisque sâtagat. Quo vero ab omni abusu utriusque dictaminis semper abhorreat Thema ad Orationem Valedictoriam de Charlataneria divinatorum modernorum, propositum non sine eruditionis laude elaboravit. Huic Valedicturo respondebit Juvenis Pereximius, Ornatissimus Præstantissimus Joannes Carolus Degenius Coldicensis Misa. qui oratione De Impostura Augurum & Haraspicum Veterum, quam haut invita Minerva elaboravit, habita, fausta quæque Candidato nostro apprecabitur. Quos Juvenes ut Scholæ nostræ Statores, Inspectores, Patroni atque Fautores ad unum omnes benevole audire, actumque Valedictorium splendidiorem frequentia Vestra reddere haut dedignemini etiam atque etiam petimus.

Dab. Mariæbergæ d. V. Cal. Jun. A. S. R.

clb 15 CC XL.



MC



De rectae rationis dicta-  
mine iusto pretio divina  
vero reuelatione et presu-  
mo habenda est.

II f  
430

ABITVM PARAT

EXIMIVS, NOBILISSIMVS,  
RNATISSIMVS,

S CHRISTIANVS  
OFREDVS  
ANVS,  
RIÆBERGENSIS,  
IÆ CANDIDATVS  
GNISSIMVS,

QVEM,  
ATANERIA DIVINATORVM  
ORVM DISSERTENTEM  
INSPECTORES,  
ORES & AMICI

NERATIONE ET CVLTV  
PROSEQVENDI,  
c. HORA OCTAVA ANTE MERIDIEM,  
DIRE HAVT DEDIGNENTVR,  
ET ANIMI OBSERVANTIA  
NYM OMNES ROGAT,  
RIDERICVS PVNSCHEL,  
RIÆBERGENSIS RECTOR.

INNÆBERGÆ,  
VSTI VALENTINI FRISIL

